

tamen dixit absolute, q. fit minor patre sed addidit, secundum humanitatem, ne esset error, quod secundum substantiam esset minor, vt multi heretici crediderunt. Hæc sunt, quæ summam dicuntur a Magistro. Mo- do oportet videre ordinem continuationis. 2. Probationem. Difficultates, & solutiones.

Quo ad continuationem, cur Magister agat q. Spi. S. licet mittatur a cælo tamen sine loci mutatione? O prima connexio. Et præcipue vt tollantur multa incommoda.

Primum. Aut quod non fit Deus. S. Sanctus. Aut si Deus, ergo non mittitur. Ratio clarissima.

Nam quis posset dicere. Cum Spi. S. mittatur temporaliter in creaturas, ergo ibi non erat, si non erat, ergo non est Deus, quia Deus vbique est.

Ratio 2. Si S. Sanctus est Deus, vt Deus vbique est, ergo non mittitur. Nam nemo venit Patavium, si est Padua, ergo si Deus est in omnibus creaturis, & S. Sanctus est Deus, ergo non venit, ergo falsus est Magis- ter. ideo oportet videre quomodo. S. S. fit in omnibus creaturis, & mittatur, & veniat.

Huic difficultati respondent fere omnes Theologi, & vniformiter. Ideo assigno hanc diuisionem, quod esse vbique fiat dupliciter.

Stephanus Bru-  
leferus.

Primo modo dicit extensionem, } Si vbique dicit extensionem, sic asserunt, q. est in omnibus rebus  
Secundo modo dicit intensiorem. } æqualiter.

Si vero dicit intensiorem non est verum q. Spiritus Sanctus, fit vbique.

Declaro. Spiritum Sanctum esse vbique per extensionem dicitur esse per potentiam, & essentiam in om- nibus rebus, & sic dicitur esse.

In omni ente,	In omni ente sine diffinitione,	} In omni ente, quia omnia creatur,
In omni loco, &	In omni loco sine circumscriptione, &	
In omni tempore.	In omni tempore sine mutatione.	} In omni loco, quia continet, cælum à quo locus, & in omni mensura, q. ætern'

Hinc Stephanus Brulefer dicebat Deus est vbique.

Essentialiter,	Potentialiter, quia causat omnia, & illam conseruat,
Praesentialiter,	Praesentialiter, quia cognoscit omnia intuitiue,
Praesentialiter,	Essentialiter, quia est in rebus vere, & realiter.

Ideo secundum hos gradus non magis dicitur esse in cælo, quam in mundo, nec magis dicitur esse in Ecce- lesia, quam in foro. Confirmatur ex propheta. Ego cælum, & terram impleo, Cælum mihi sedes terra au- tem scabellum pedum meorum.

Sic in Ps. Si ascendero in cælum tu illic es si descendero in infernum ad es, si asump. penas d.

Ideo Michael dicit, Deus habet hæc duo prædicata, videlicet, q. est essentialiter,

I. D. 37. co. 3.  
Michael.

Immensus, & } Si immensus, ergo illimitatus, si illimitatus, ergo in finitus, ergo vbique temporaliter.  
Immutabilis. } localiter, & omnibus modis.

Præter dicit S. August. Totum continet, & totum penetrat, & nisi sua potentia, præsentia & essentia om- nia sustineret, cerre perirent, ergo si omnia conseruat, est vbique in illis.

Confirmatur. Nam causa prima, plus influit, quam causa secunda, ergo si plus influit, cum vnaqueque na- tura sit sibi præsentia, a fortiori præsentior erit Deus, qui est prima causa.

Ideo vti anima, est tota in toto corpore, & in qualibet corporis parte, sic & Deus in toto Mundo.

Secundo modo si consideretur quo ad esse intensiuum. R. q. non est vbique.

Æqualiter, & vniformiter sed magis est in vna creatura, quam in alia, & magis est in cælo, quam in terra, & magis est in Ecclesia, quam in foro. Ideo in Ecclesia est adorandus, & magis colendus, & quam alibi.

Propterea fit illa communissima partitio essendi Dei in locis diuersis, secundum diuersa attributa.

Et dicitur.

Quod est in cælo,	In Cælo, per Gloriam,	} Habita hac distinctione, quomo- do fit Deus vbique, & cum Spi- ritus Sanctus fit Deus necessario, erit vbique, ergo non mutat lo- cum licet mittatur. Et quando dicitur. Quod est vbique, non mittitur, ergo Spiritus San- ctus si mittitur non est vbique, ergo mutat locum.
In Angelis,	In Angelis, per confirmationem,	
In hominibus,	In hominibus, per amorem,	
In terra,	In terra, per prouidentiam,	
In brutis,	In brutis, per conseruationem,	
In Christianis,	In Christianis, per gratiam,	
In Ecclesia,	In Ecclesia, per sacramenta,	
In Iudæis,	In Iudæis, per pietatem,	
In Turcis,	In Turcis, per pacientiam,	
In Hereticis,	In hereticis, per permissionem,	
In peccatoribus,	In peccatoribus per pacientiam,	
In Limbo,	In Limbo, per iustitiam,	
In purgatorio,	In purgatorio, per satisfactionem, &	
In Inferno, sed non dicitur esse eodẽ modo.	In Inferno, per seueritatem, & rigo- rem.	

Nam dicitur esse.

Respond. quod missio dicitur quinq. præcipua, scilicet.

Separationem,	Separationem personæ a loco,
Emanationem,	Emanationem personæ ab alio,
In habitationem,	In habitationem in persona,
Apparitionem, &	Apparitionem in creatura, &
Operationem.	Operationem nouam, in creatura personæ. Si missio sumatur.

Primo modo pro separatione personæ ab aliquo loco, dico q. nullo modo. S. S. mittitur in creaturas, qui- bus est vbique. Si vero sumatur missio, prout dicitur.

Emanationem,	Apparitionem, &	} Dico, q. S. S. a patre, & a filio, mittitur, quia emanatur ab vtriusque. Sic dico, q. inhabit. apparet, & operatur in crea- turas: In habitat per Granam, & dona charitatis, apparet sub signis nouis, in quibus non erat, & operatur mita. Nam apparuit in Columba, in Digno, in linguis igneis, & in alijs signis.
In habitationem,	Operationem.	